

LAMOTHE
W. Schmidts Wiedau

March 21 - 189

Memoria Pacis
Sive *L f 107*
INTIMATIO
SCHOLASTICA,

Quā
PROCERES HAMELONIÆ
Ad Solennitatem Pacis Germanicæ

Ipsis Kalendis Januarijs
ANNI CLO IOC LI.


In Ludo ibidem Literario
celebrandam
invitat

M. SAMUEL Erich / ejusdem
Moderator.

Χαῖρε ὁ ἐιρήνης γαλερὸν καὶ χρύσεον ἡμαρ!
Χαῖρ ἐπιθυμητὸν πάντοις ἔνοικε χρόνῳ.
Χωεὶς γαρ σεόθεν μιδὲν πολυνήρατον εἴτι,
καὶ χωεὶς σέοθει δύχ ὅ πί εἴτι καλὸν.

Anno quo

PaX NoreMbergæ CLarIo ConfeCta Labore
VIVIs eXtIrpat noXIa CVnCta bonIs.



R I N T E L I I,

Typis exscripsit PETRUS LUCIUS, Typogr. Acad.

Мечник Евгений

Сор

ОГЛАВЛЕНИЕ
АВТОРА

Биография автора

Социальная концепция

Литературная критика

Личные воспоминания

Литература

Избранные работы

Литература

Литературные критики

Литература



LECTORI BENIVOLO

Salutem & Pacem à Salutis & Pacis
Principe!

HOrribilis ille dirusq; dirarum calamitatum prænuncius Cometa, quem Anno hujus seculi decimo octavo, mensè Septembri, non sine ingenti stupore vidit Germania, comminationes suas ita emendatè exsecuta est, ut nihil omissum jure videri possit. Per longâ enim annorum serie maximorum malorum pelagus occupavit inundavitque regiones ac provincias nostras: armenta sunt abacta, segetes prostritæ, fruges corruptæ, trucidati agricolæ, villæ exuſtæ, civitates tot seculis florentissimæ unâ quasi procellâ subversæ, mutata omnia; adeò ut per quam lamentabile seriisq; votis deprecandum esse bellum vel ipsa τά πολέμια Etymologia evincat. Hoc enim ex πολὺ & ἀιμα quasi sanguinis effusionem alij: alij ex πολὺς & ὅλυμπος quasi multorum perniciem; alij denique ex πόλις & μείσην quasi civitatum diminutionem appellatum volunt, quippe quod è bello, ut Aristides inquit, nascantur Rerum publ. eversiones, contentiones, clades, mala omnia. Nec obstat, Latinis bellum adjectivè sumtum rem denotare non exsecrabilem, sed bonam & expetibilem: Substantivum enim, fortè à bellua derivandum, à bonitate illius ita longè discedit & quasi degenerat, ut, puto, non in urâ nuperrimè à me cantatum sit:

A 2

Sub-

*Substantiva aliis pleceant & noxia bella:
Adiectiva mibi pulchraq; bella placent.*

Quò magis igitur abominabile illud est, eò latius, optabilius ac delectabilius esse nemo nescit tempus pacis, quo, juxta Prophetarum oracula, concidunt gladij in ligones aut vomeres, ac hastæ lanceæque in falces: quo item habitat quisque sub vite suâ, & sub fico suâ, nec quisquam est qui exterret. Nam (quod Caroli V. Imperatoris Augustissimi ἀπόφεγμα est) pace mortalium generi ab immortali Deo nihil majus neque melius, nihil præstantius neque optatius dari in hac quidem vita potest: Præsertim cùm ipsa quoque bella pacis intentione gerantur. Quam in sententiam ego non ita pridem ita cecini:

Πάντα φυλάττει, παντ' ἀγαθοῖς γεννήμασιν ἀνέξει,
καὶ ἀγοῖς παρέχει τὴν Δῆμον πάντα πεοφήνη
Εἰρήνη. Διὰ τοῦτο ἄρα ἡ Γερμανία κείνην
ἐκβέβληκεν? οὐδὲ ἡ πάπεια ἐτὸν ἀφρων.

item in hunc modum:

Διογενὸς ἡ εἰρήνη χεὶ πίμοθέ έπι,
ὑπερέχων χεισθ, ὑπερέχωντε λίθων:
“Ηντ’ ἐγὼ ἐδραյώ Δῆμον παντὸς ἔρωπι φιλίων;
μηδὲ κραδαίνει ἐμῶ ἡ μετάνοια θύμον.

Quæ omnia cum ita sint, Germania, communis nostra patria, gratulari sibi omnino habet, ut pote cui post annos amplius triginta, quibus ipsis bellorum procellis agitata fuit, tandem, Divinâ favente Clementiâ, pacis reducta est tranquillitas: Ex auditis enim devotissimis piorum suspirijs Dominus ad patriam nostram tot bellorum undis involutam vultum propitium ac placidum reflectere tandem dignatus est; unde facilè cuique constare potest, quantas laudes eidem debeamus, quantasque gratias.

Uti

Uti autem solenniter ac ritè hanc nostram *eu^χρεισίαν* ostenderemus, *Serenissimus* Celsissimusque Princeps ac Dominus, Dominus **GEORGIUS GUILHELMUS**, Dux **BRUNSVICENSEM** ET **LUNEBURGENSIMUM** &c. Dominus noster clementissimus, gratijs hisce persolvendis Festum solenne ipsis Kalendis januariis (quas cum Nonis ac Idibus, Kalendisque & reliquis anni partibus felices ire jubeat Sacro-sancta Trinitas!) in Ecclesia celebrandum pientissimè tūm decretit, tūm indixit. Cujus Clementissimæ Voluntati ut subjectione debitâ satisfacere ad unum omnes conemur, & pietas jubet & suo quodam jure requirit necessitas. Ut autem & Schola nostra suam pietatis symbolam pro virili adjiciat, Ecce tibi, L. B. Oratiunculas, paci rediviuæ accommodatas, quas hodiè hora tertia pomeridianâ finitis Sacris Ecclesiasticis in supremo Scholæ nostræ auditorio recitaturi sunt

NICOLAUS Reinwaldt / Northusanus,
JOANNES CHRISTOPHORUS
Hōne / Blanckenburgensis,
ANTONIUS Kuleman / Nettelredensis,
HENRICUS Bierbūß / Höxariensis;

Hi enim successivè & sermone partim soluto partim ligato repræsentabunt

MERCURIUM pacem Germaniæ annunciantem,
MARTEM Germaniæ valedicentem.
PACEM Germaniæ fere sistentem,
GERMANIAM sibi de pace gratulantem.

Eorumque conatibus ut plurimum Reverendi Canonici, Prudentissimi Consules ac Senatores, Reverendi Clarissimiique Ecclesiastæ ac Scholarchæ, omnesque omnium Ordinum

dinum Viri excellentissimi, præstantissimi, doctissimi, præsentia suâ spectatissimâ favere, in audiendis iis propensam benevolentiam contestari, eoque ipso ad ulteriora illorum studia animare ne dedignentur, quâ par est observantiâ, studio, officio, rogo & obtestor.

Tanti beneficij memoriam sanctissimè conservaturus.

M. S. E.

Annexa PACIS declinatio.

PAX Jesus Christus Princeps atque anchora
PACIS,

Ecclesiæ, PACI delicijsque Dei,
Te PACEM cœli matrem, O PAX alma, reduxit,
PACE Norimbergâ profliente bono.

Atque ita (quis miles sibi rem persuaserit illam?
Quisve resumendam duxerit esse togam?)

PAX, PACIS, PACI, PACEM, PAX, PACE reduxit;
Quâ mibi quæ melior flexio detur, ai.

Ad J E S U M Pacis Principem Salutatio
per versus quadratos:

Salve Salvator Davidis nobile germane
Salvator mundi Decus & solamen amicis
Davidis decus & cœli mirabilis author
Nobile solamen mirabilis altor amoris
Germen amicis author amoris olympice Salve!
Epi-

Epigramma de Germaniâ.

*Virgo est, & sôbolem peperit Germania pacem;
Anne igitur salvo virgo pudore parit?*


Aliud de Pace.

*Non video ut nobis possit pax aurea dici;
Aurum Germanis abstulit omne chalybs.*

De Anno refectæ Pacis.

*Quinq[ue] tibi vicibus repetatur dictio Pacis,
Et pacis patriæ proditus annuserit.*

F I N I S.




Eintritts Gebrauch der
Gesellschaft der Freunde
der Naturwissenschaften und
Arts. 1806.

Eintritts Gebrauch der
Gesellschaft der Freunde
der Naturwissenschaften und
Arts. 1806.


Eintritts Gebrauch der
Gesellschaft der Freunde
der Naturwissenschaften und
Arts. 1806.

Eintritts Gebrauch der
Gesellschaft der Freunde
der Naturwissenschaften und
Arts. 1806.

211




HAB Wolfenbüttel 23



12 104 515





Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



L 107
Matria Pacis
ive
MATIO
ASTICA,
Quā
S H A M E L O N I A ē
m Pacis Germanicæ
endis Januarijs
c l o i o c L I.
ibidem Literario
lebrandam
invitat
E L Erich / ejusdem
oderator.

επὸν καὶ τελέσεον ἡμῖν!
τὰ πάντας ἔνοικε τέλοντα.
ιδέν πολυτέρατον εἴτε,
ἀλλὰ πί εἴτε καλόν.

Inno quo
Carlo ConfeCta Labore
noXla CVnCta bonIs.

N T E L I I,
Rus Lucius, Typogr. Acad.